



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684

17. Monachus exemptus factus Pastor an exemptionem retineat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

dam, uti eodem in loco post aeneipitem disputationem concludit idem Federicus d. conf. 14. idque nisi talis sit Abbas, cui praescriptione, aut privilegio Jurisdictionis Episcopalis competat. cap. Abbates de Privileg. in 6. Clem. 1. ubi Glo. verb. propriis de reb. Eccl. non alien. qua de re vide etiam Abbatem. Monachi nu. 4. de sent. excomm. ubi dicit quaestionem esse perplexam, ideo Lectoris iudicio utram sequi malit opinionem relinquo.

Q U A E S T I O XVII.

Monachus Exemptus factus Pastor, utrum exemptionem retineat?

S U M M A R I U M.

1. Monachus factus Pastor, privilegia Monasterii non retinet, nec talis aebet ad electionem, alioque Monasterii tractatum vocari.
2. Monachus per assumptionem ad Ecclesiam Parochialem, liberatur à jugo Monastico, desinitque esse Monachus claustralis.
3. Nec morari debet in Monasterio.
4. Limita ut nu. 4.
5. Monacho emancipato quis succedat.

Nonquam: quia talis privilegia Monasterii non retinet. Innoc. hist. cap. ult. de Reb. dom. & in c. 1. in fin. de Privileg. in 6. Feder. conf. 35. col. 7. nec debet ad electionem, alioque Monasterii tractatus vocari, Innoc. Host. & Feder. d. loco, ut nec in illius personae Monasterium commodum aliquod sentire potest. Fed. d. loco. conf. 35. Neque refert, quod talis non desinat esse Monachus: quia per talem curam Parochialem liberatur à jugo Monastico, desinitque esse Monachus claustralis, Feder. d. conf. 35. col. 7. estque Monachus quidem habitu, sed non actu. DD. cap. de multa de prob. Innoc. cap. licet Canone de elect. in 6. Feder. d. conf. 35. col. 10. ideoque nec vocem habet in Capitulo, nec morari potest in Monasterio, Innoc. & Host. cap. ult. de reb. Archid. c. 1. in fin. de privileg. in 6. cap. 1. de statu Monach. c. relat. de testam. Feder. d. conf. 35. col. 10. §. II Quod tamen verum intellige de Monachis, qui per suos Praelatos praefecti sunt Ecclesiis non unitis, & incorporatis Monasterio: nam de his talibus, certum est illos subiectos remanere, nec censentur proprie ex Monasterio, nec ab obedientia Abbatum translati, eleganter Wamefius conf. 70. de Judic. num. 17. Quis autem succedat Monacho emancipato late discutit idem Federicus d. conf. 35. & etiam Navarrus conf. 6. n. 3. & fin. De Testamentis, supra etiam à me laudatis q. 14. q. 4. in fin.

Q U A E S T I O XVIII.

Concurfui an sit locus in Parochialibus Monasterio annexis, aut subiectis?

S U M M A R I U M.

1. Promotus ad Ecclesiam alicui Monasterio subiectam vel annexam, examinari in Monasterio.
2. Ecclesia qui probeur annexa vel unita Monasterio.
3. Quid de Ecclesiis vicariis?

Non esse eiusmodi Ecclesias alicui Monasterio subiectas vel annexas, aut de mensa,